


súrám donatiónis Christi. Propter quod dicit: Ascéndens in altum captivam duxit captivitatem: dedit dona hominibus. Quod autem ascéndit, quid est, nisi quia et descéndit primum in inferiôres partes terræ? Qui descéndit, ipse est et qui ascéndit super omnes cælos, ut impléret ómnia. Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophétas, álios vero Evangelistas, álios autem pastôres, et doctôres, ad consummationem sanctórum in opus ministérii, in ædificatióne cõporis Christi: donec occurrámus omnes in unitatem fidei, et agnitiónis Filii Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi.

Seq. sancti Evangelii secundum Joánnem. 17.

In illo tẽpore: Sublevátis Jesus oculis in cælum, dixit: Pater, venit hora, clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te: sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut omne,

quod dedisti ei, det eis vitam æternam. Hæc est autem vita æterna: ut cognoscant te, solum Deum verum, et quem misisti Jesum Christum. Ego te clarificavi super terram: opus consummavi, quod dedisti mihi ut faciam: et nunc clarifica me tu, Pater, apud temetipsum, claritate, quam habui, priusquam mundus esset, apud te. Manifestavi nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo. Tui erant, et mihi eos dedisti: et sermonem tuum servaverunt. Nunc cognoverunt quia omnia, quæ dedisti mihi, abs te sunt: quia verba, quæ dedisti mihi, dedi eis: et ipsi acceperunt, et cognoverunt vere quia a te exivi, et crediderunt quia tu me misisti. Ego pro eis rogo, non pro mundo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi: quia tui sunt: et mea omnia tua sunt, et tua mea sunt: et clarificatus sum in eis. Et jam non sum in mundo, et hi in mundo sunt, et ego ad te venio.



In Ascensione Domini.

STATIO AD S. PETRUM.

Introitus.



allelúia: quemádmovum vidístis eum ascendentem in cælum, ita veniet, allelúia, allelúia, allelúia. *Ps. 46.* Omnes gentes pláudite má nibus: jubilate Deo in voce exsultatiónis. *V. Glória Patri.*

Oratio. Concède, quæsumus omnipotens Deus: ut qui hodierna die Unigénitum tuum Redemptorem nostrum ad cælos ascendisse credimus: ipsi quoque mente in cælestibus habitemus. Per eúmdem Dóminum nostrum Jesum Christum.

Act. 1.

Lectio Actuum Apost. 1.

Primum quidem sermonem feci de ómnibus, o Theóphile, quæ cepit Jesus facere et docere, usque in diem, qua præcipiens Apóstolis per Spiritum sanctum, quos elegit, assumptus est: quibus et præbuit seipsum vivum post passionem suam in multis argumentis, per dies quadraginta appárens eis, et loquens de regno Dei. Et convescens, præcepit eis, ab Jerosólymis ne discederent, sed expectarent promissionem Patris, quam audistis (inquit) per os meum; quia Joánes quidem baptizávit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu sancto non post multos hos dies. Igitur qui convenerant, interrogábant

eum, dicentes: Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israel? Dixit autem eis: Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate: sed accipietis virtutem superveniens Spiritus sancti in vos, et eritis mihi testes in Jerusalem, et in omni Judæa, et Samaria, et usque ad ultimum terræ. Et cum hæc dixisset, videntibus illis, elevatus est: et nubes suscepit eum ab oculis eorum. Cumque intuerentur in cælum euntem illum, ecce duo viri adstiterunt juxta illos in vestibus albis, qui et dixerunt: Viri Galilæi, quid statis adspicientes in cælum? Hic Jesus, qui assumptus est a vobis in cælum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cælum.

Allelûia, allelûia. *V.* Ps. 46. Ascendit Deus in jubilatione, et Dominus in voce tubæ. Allelûia. *V.* Ps. 67. Dominus in Sina in sancto, ascendens in altum, captivam duxit captivitatem. Allelûia.

Seq. sancti Evangelii secundum Marcum. 16. **I**n illo tempore: Recumbentibus undecim discipulis, appa-

ruit illis Jesus: et exprobravit incredulitatem eorum, et duritiam cordis; quia iis, qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt. Et dixit eis: Pantes in mundum universum prædicatè Evangelium omni creaturæ. Qui crediderit, et baptizatus fuerit, salvus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur: In nomine meo damonia ejicient: linguis loquentur novis: serpentes tollent: et si mortiferum quid biberint, non eis nocèbit: super ægros manus imponent, et bene habebunt. Et Dominus quidem Jesus, postquam locutus est eis, assumptus est in cælum, et sedet a dextris Dei. Illi autem profecti, prædicaverunt ubique, Domino cooperante, et sermonem confirmante, sequentibus signis. **CREDO.**

Dicto Evangelio extinguitur Cereus Paschalis, nec ulterius accenditur, nisi in Sabbato Pentecostes ad benedictionem Fontis.

Offertorium. Ps. 45. Ascendit Deus in jubilatione, et Dominus in voce tubæ, allelûia.

Secreta. Sûscipe Domine mænera, quæ pro Fi-

lii tui gloriosa Ascensione defærimus: et concede propitius; ut a presentibus periculis liberemur, et ad vitam perveniamus æternam. Per eundem Dominum.

PRÆFAT. Qui post resurrectionem suam, p. 248. Et dicitur usque ad Vigiliam Pentecostes exclusive.

Infra actionem. **Communicantes, et diem sacratissimum,** ibidem p. 248.

Et dicitur per Octavam tantum.

Communio. Ps. 67. Psalite Dño, qui ascendit super cælos cælorum ad Orientem, allelûia.

Postcommunio. Præsta nobis, quæsumus omnipotens et misericors Deus: ut quæ visibilibus mysteriis sumenda percipimus, invisibili consequamur effectu. Per Dominum.

¶ Infra Octavam Ascensionis dicitur Missa de Ascensione, nisi occurrat Festum duplex, vel semiduplex, de quo tunc fit, cum Commemoratione Octavæ: de Simplicii autem fit tantum Commemoratio. Post Orationem dici dicitur secunda Oratio de sancta Maria, *Concede nos,* p. 157; et tertia *Ecclësia tue,* vel pro Papa p. 158.

Domin. infra Octab. Ascensionis.

Introitus. Ps. 26.



Xaudi Domine vocem meam, qua clamavi ad te, allelûia: tibi dixit cor meum, quæsi vultum tuum, vultum tuum Domine requiram: ne avertas faciem tuam a me, allelûia, allelûia. *Ps. ibid.* Dominus illuminatio mea, et salus mea: quem timebo? *V.* Glória Patri.

Oratio. Omnipotens sempiternè Deus: fac nos tibi semper et devotam gerere voluntatem; et majestati tuæ sincèro corde servire. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Et fit Commemoratio de Ascensione tantum. Oratione. *Concede,* p. 285.

Lectio Epistolæ beati Petri Apostoli. 1. 4. b.

Carissimi: Estote prudentes, et vigilate in orationibus. Ante omnia autem, mutuam in vobismetipsis caritatem continuam habentes: quia caritas operit multitudinem peccatorum. Hospitalites invicem sine murmuratione: unusquisque, sicut accepit gratiam, in alterum illam administrans, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. Si quis loquitur, quasi sermones Dei: si quis ministrat, tanquam ex

virtute, quam administrat Deus : ut in omnibus honorificetur Deus per Jesum Christum Dominum nostrum.

Allelúia, allelúia. *V. Ps. 46.* Regnavit Dominus super omnes gentes: Deus sedet super sedem sanctam suam. Allelúia. *V. Joann. 14.* Non vos relinquam orphanos : vado, et venio ad vos, et gaudébit cor vestrum. Allelúia.

Seq. sancti Evangelii secundum Marcum. 16.

In illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Cum vénerit Paráclitus, quem ego mittam vobis a Patre, Spiritum veritatis, qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me : et vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis. Hæc locutus sum vobis, ut non scandalizemini. Absque synagógis faciént vos : sed venit hora, ut omnis qui interfecit vos, arbitretur obsequium me prestare Deo. Et hæc faciént vobis, quia non novérunt Patrem, neque me. Sed hæc locutus sum vobis, ut, cum vénerit hora eorum, reminiscamini, quia ego dixi vobis. **CREDO.**

Offertorium. *Psal. 46.* Ascéndit Deus in jubilatione : et Dominus in voce tubæ, allelúia.

Secreta. Sacrificia nos, Dómine, immaculata purificant : et méatibus nostris supernæ gratiæ dent vigorem. Per Dominum nostrum.

Pro Ascens. Secreta. *Suscipe Dómine*, ut supra. 286.

Communio. *Joann. 17.* Pater, cum essem cum eis, ego servabam eos, quos dedisti mihi, allelúia : nunc autem ad te venio : non rogo, ut tollas eos de mundo, sed ut serves eos a malo, allelúia, allelúia.

Postcommunio. Repléti, Dómine, munéribus sacris : da quesumus; ut in gratiarum semper actione maneamus. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Pro Ascens. Post. *Præsta nobis*, ut supra, p. 287.

In Octava Ascens. dicitur Missa sicut in die, cum una tantum Oratione, nisi occurrat Festum simplex vel ad modum simplicis.

¶ Feria vi. post Oct. Ascensionis, si non fuerit Festum duplex, vel semid., Missa dicitur de Dominica præterita, cum Comm. de S. Maria, *Concede nos*, p. [57] et *Ecclésiæ tuæ*, vel pro Papa p. [58]. De simplici fit tantum Commemoratio. Et non dicitur *Credo*.

Sabbato in Vigilia Pentecostes.

STATIO AD S. JOANNEM IN LATERANO.

Victa Nona, Sacerdos et ministri induti paramentis violacei coloris, accedunt ad Altare, et facta reverentia, Sacerdos illud osculatur in medio. Deinde leguntur Prophetiæ sine titulo, candelis Altaris extinctis usque ad principium Missæ, sicut in Sabb. sancto. Sacerdos legit eas submissa voce ad Altare in cornu Epistolæ. In fine Prophetiarum dicuntur Orationes sine *Flectamus genua*.

PROPHETIA I. *Tenuit Deus Abraham*, ut supra in Sabbato sancto, p. 220. Qua finita, Sacerdos dicit:

Oratio. Orémus. Deus, qui in Abrahamæ famuli tui opere, humano generi obedientiæ exempla præbuiisti : concede nobis, et nostræ voluntatis pravitatem frangere, et tuorum præceptorum rectitudinem in omnibus adimplere. Per Dñm.

PROPHETIA II. *Factum est in vigilia*, cum Tractu *Cantemus Dómino*, ut supra, p. 221, et 222.

Oratio. Orémus. Deus, qui primis temporibus impleta miracula, novi testamenti luce reserasti, ut et Mare rubrum forma sacri fontis existeret, et liberata plebs ab Ægyptiaca servitute, Christiani populi sacramenta præferret : da, ut omnes gentes Israëlís privilegium mérito fidei

consecuta, Spiritus tui participatione regenerentur. Per Dominum, in unitate ejusdem Spiritus sancti.

PROPHETIA III. *Scriptum est Móyses cariticum*, cum Tractu *Attende calum*, ut supra, p. 227, et 228.

Orémus. **Oratio.**

Deus glorificatio fidelium, et vita iustorum, qui per Móysen famulum tuum nos quoque modulatione sacri carminis erudisti : universis gentibus misericordiae tuæ munus operare, tribuendo beatitudinem, auferendo terrorem; ut quod pronuntiatum est ad supplicium, in remedium transferatur æternum. Per Dominum nostrum.

PROPHETIA IV. *Apprehendent septem mulieres*, cum Tractu *Vinea facta est*, ut supra, p. 226.

Orémus. **Oratio.**

Omnipotens sempiternus Deus, qui per unicum Filium tuum, Ecclésiæ tuæ monstrasti te esse cultorem, omnem palmitem, fructum in eodem Christo tuo, qui vera vitis est, afferentem, clementer excolens, ut fructus afferat ampliores : fidelibus tuis, quos velut vineam ex Ægypto per

fontem baptismi trans-
tulisti, nullæ peccatõ-
num spinæ prævaleant;
ut Spiritus tui sanctifi-
cacione muniti, perpétua
fruge ditentur. Per eũdem
Dominum. in unitate
ejusdem Spiritus.

PROPHETIA V. *Audi
Israel*, ut supra, p. 223.

Oratio. Orémus.
Deus, qui nobis per
prophetarum ora
præceptis temporalia
relinquere, atque ad
æterna festinare: da
famulus tuis; ut, quæ a
te jussa cognovimus, im-
plere cælesti inspiratiõ-
ne valeamus. Per Dõmi-
num nostrum.

PROPHETIA VI. *Falla
est super me manus Do-
mini*, ut supra, p. 225.

Oratio. Orémus.
Domine Deus virtũ-
tum, qui collapsa
reparas, et reparata con-
servas: auge pópulos in
tui nómimis sanctifica-
cione renovandos; ut
omnes, qui sacro bap-
tismate diluuntur, tua
semper inspiratiõne di-
rigantur. Per Dñum.

His expletis, Celebrans
accipit pluviale violaceum,
et descendendo ad Fontem
cantatur Tractus. *Sicut cer-
vus*, p. 230.

Deinde Sacerdos ante-
quam intret ad benedictio-
nem Fontis, dicit

V. Dñus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.

Orémus. **Oratio.**
Concede, quæsumus
omnipotens Deus:
ut qui solemnitatem do-
ni sancti Spiritus colĩ-
mus, cælestibus deside-
riis accensì, fontem vitæ
sitiamus. Per Dñum
nostrum. in unitate ejus-
dem Spiritus sancti.

Deinde proceditur ad be-
nedictionem Fontis, ut su-
pra in Sabbato sancto, p. 231.
¶ Ubi vero non fuerit
Fontes, finita vi. Prophetia
cum sua Orat. Celebrans
deponit casulam, et cum
ministris ante Altare pro-
cumbit: et aliis omnibus
genuflexis, cantantur Lita-
niæ a duobus cantoribus in
medio Chori, utroque Cho-
ro idem simul respondente.
Cum autem perventum fue-
rit ad *V. Peccatores, te ro-
gamus*, Sacerdos et mini-
stri surgunt, et accedentes
ad Sacristiam, induuntur
paramentis rubeis, et accen-
duntur luminaria circa Al-
tare. In fine Litaniarum
cantantur solemniter *Kyrie
elison* pro Missa, et repe-
tuntur, ut moris est. Quo
incepto, Sacerdos cum mi-
nistris procedit ad Altare,
et facit Confessionem: dein-
de ascendens, illud oscula-
tur, et incensat more solito.
Finitis *Kyrie elison*, incipit
solemniter *Gloria in
excelsis Deo*, et campanæ
pulsantur.

Orémus. **Oratio.**
Præsta, quæsumus
omnipotens Deus:
ut claritatis tuæ super
nos splendor effulgeat;
et lux tuæ lucis corda
eõrum, qui per gratiam

tuan renati sunt, sancti
Spiritus illustratiõne
confirmet. Per Dõmi-
num nostrum, in unitate
ejusdem Spiritus sancti
Deus.

Leet. **Actuum Apost. 19.**

In diebus illis: Fa-
ctum est, cum Apõl-
lo esset Corinthi, ut Pau-
lus peragratis superiori-
bus partibus veniret
Ephesum, et inveniret
quosdam discipulos:
dixitque ad eos: Si
Spiritum sanctum accep-
istis credentes? At illi
dixerunt ad eum: Sed
neque si Spiritus sanctus
est, audivimus. Ille vero
ait: In quo ergo bap-
tizati estis? Qui dixerunt:
In Joannis baptismate.
Dixit autem Paulus: Si
Joannes baptizavit bap-
tismo penitentiæ pò-
pulum, dicens: In eum,
qui venturus esset post
ipsum, ut crederent, hoc
est, in Jesum. His audi-
tis, baptizati sunt in nò-
mine Dõmini Jesu. Et
cum imposuisset illis
manus Paulus, venit
Spiritus sanctus super
eos, et loquebantur lin-
guis, et prophetabant.
Erant autem omnes viri
fere duodecim. Intro-
gressus autem synagõ-
gam, cum fiducia loque-
batur per tres menses,
disputans, et suadens de
regno Dei.

Allelúia. **V. Ps. 106.**
Confitemini Dõmino,
quoniam bonus: quoniam
in sæculum mise-
ricordiæ ejus.

Non repetitur *Allelúia*,
sed immediate sequitur.

Tractus, Ps. 116. Lau-
date Dñum omnes gen-
tes: et collaudate eum
omnes pópuli. **V.** Quoniam
confirmata est super
nos misericordiæ
ejus: et veritas Dõmini
manet in ætérnum.

Ad Evangelium non por-
tantur luminaria, sed incen-
sum tantum.

Seq. **sancti Evangelii** se-
cundum Joannem. *14. 8.*

In illo tempore: Di-
xit Jesus discipulis
suis: Si diligitis me,
mandata mea servate.
Et ego rogabo Patrem,
et alium Paraclitum da-
bit vobis, ut maneat vo-
biscum in ætérnum,
Spiritum veritatis, quem
mundus non potest ac-
cipere, quia non videt
eum, nec scit eum. Vos
autem cognoscetis eum;
quia apud vos manebit,
et in vobis erit. Non re-
linquam vos orphanos:
veniam ad vos. Adhuc
mòdicum; et mundus me
jam non videt. Vos autem
videtis me, quia ego vivo,
et vos vivetis. In illo die
vos cognoscetis, quia ego
sum in Patre meo, et vos
in me, et ego in vobis.

Qui habet mandata mea, et servat ea, ille est, qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur a Patre meo; et ego diligam eum, et manifestabo ei meipsum.

Non dicitur *Credo*.

Offertorium. *Ps. 103.* Emitte Spiritum tuum, et creabuntur, et renovabis faciem terrae: sit gloria Domini in saecula, alleluia.

Secreta. Múnera, quaesumus Domine, oblata sanctifica: et corda nostra sancti Spiritus illustratione emunda. Per Dominum, in unitate ejusdem Spiritus sancti Deus.

PRÆFATIO. *Qui ascendens super omnes celos,* p. 248.

Infra actionem. *Communiantes, et diem sacratissimum Pentecostes celebrantes, et Hanc igitur oblationem,* ut supra post Praefationem ejusdem solemnitatis, p. 249.

Et dicuntur usque ad sequens Sabbatum inclusive.

Communio. *Joann. 7.* Ultimo festivitatis die dicebat Jesus: Qui in me credit, flumina de

ventre ejus fluent aquae vivae. Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum, alleluia, alleluia.

Postcommunio. Sancti Spiritus, Domine, corda nostra mundet infusio: et sui roris intima aspersione fecundet. Per Dominum, in unitate ejusdem Spiritus sancti Deus.

In Missis privatis hujus Vigiliae, omissis Prophetiis, Orationibus et Litaniiis, Missa absolute incipitur ab Introitu sequenti.

Introitus. *Ezech. 36.*



Um sanctificatus fuero in vobis, congregabo vos de universis terris: et effundam super vos aquam mundam, et mundabimini ab omnibus iniquamentis vestris: et dabo vobis spiritum novum, alleluia, alleluia. *Ps. 33.* Benedicam Dominum in omni tempore: semper laus ejus in ore meo. *V.* Gloria Patri.


Deinde dicitur *Kyrie eleison, Gloria in excelsis.* Oratio. *Praesata quacuimus,* et alia ut supra, p. 250.



Dominica Pentecostes.



Et apparuerunt illis dispersitæ
linguæ tamquam ignis, sedit-
que supra singulos eorum. (Act. ii. 3.)



Dominica Pentecostes.

STATIO AD S. PETRUM.

Introitus.

Sap. 1.
Spiritus
Dómini
replévit
orbem
terrârum,
allelúia;
et hoc
quod contém-
et scéntiam
habet vocis,
allelúia, alle-
lúia. *Ps. 67.* Exsúr-
gat Deus, et dis-
sipéntur ini-
mici, ejus : et
fúgiant qui od-
erunt eum, a
facie ejus. *V.*
Glória Patri.

Oratio. Deus, qui
hodiérna die
corda fídeli-
um sancti Spi-
ritus illu-
stratióne doc-
uisti : da nobis
in eódem Spi-
ritu recta sá-
pere, et de ejus
semper con-
solatióne gau-
dere. Per Dó-
minum nostrum,
in unitáte ejus-
dem Spiritus
sancti.

Lectio Actuum Apost. 2.

Cum complerentur
dies Pentecostes,
erant omnes discipuli
pariter in eodem loco :
et factus est repente de
cælo sonus, tamquam
advenientis spiritus ve-
heméntis, et replévit to-
tam domum ubi erant
sedéntes. Et apparue-
runt illis dispersitæ lin-
guæ tamquam ignis, se-
ditque supra singulos eó-
rum : et repléti sunt om-
nes Spiritu sancto, et ce-
perunt loqui váriis lin-
guis, prout Spiritus san-
ctus dabat éloqui illis.
Erant autem in Jerús-
alem habitántes Judæi,
viri religiósi ex omni ná-
tione, quæ sub cælo est.
Facta autem hac voce,
convenit multitúdo, et
mente confúsa est, quóniam

audiēbat unusquisque lingua sua illos loquētes. Stupēbant autem omnes, et mirabāntur, dicētes: Nonne ecce omnes isti, qui loquūtur, Galilæi sunt? Et quōmodo nos audivimus unusquisque linguam nostram, in qua nati sumus? Parthi, et Medi, et Ælami, et qui habitant Mesopotāmiā, Judæam, et Cappadōciam, Pontum, et Asiam, Phrygiā, et Pamphiliā, Ægyptum, et partes Libyæ, quæ est circa Cyrēnē, et advēnæ Romāni, Judæi quoque, et Prosélyti, Cretes, et Arabes: audivimus eos loquētes nostris linguis magnālia Dei.

Allelūia, allelūia. *V.* Ps. 103. Emitte Spiritum tuum, et creabūtur, et renovābis faciē terræ. Allelūia. (*Hic genuflectitur.*) *V.* Veni sancte Spiritus, reple tuōrum corda fideliū: et tui amoris in eis ignem accēnde.

Sequentia.

Ueni, sancte Spiritus, et emitte cælitus lucis tuæ rādium. Veni pater pāuperum, veni dator mūnerum, veni lumen cōrdium. Consolātor optime, dulcis hospes animæ, dulce refrigerium.

In labōre requies, in aestu tempēries, in fletu solātium.

O lux beatissima, reple cordis intima tuōrum fidelium.

Sine tuo nūmine, nihil est in hōmine, nihil est innōxium.

Lava quod est sōrdidum, riga quod est aridum, sana quod est sœcūm.

Flecte quod est rigidum, fove quod est frigidum, rege quod est dēvium.

Da tuis fidelibus, in te confidentibus, sacrum septenārium.

Da virtūtis mēritum, da salutis exitum, da perennē gāudium. Amen. Allelūia.

Et dicitur quotidie usque ad sequens Sabb. inclusive.

Seq. sancti Evangelii secundum Joānnem. 14. c.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Si quis diligit me, sermōnem meum servābit, et Pater meus diliget eum, et ad eum veniēmus, et mansiōnem apud eum faciēmus: qui non diligit me, sermōnes meos non servat. Et sermōnem, quem audistis, non est meus; sed ejus, qui misit me, Patris. Hæc locūtus sum vobis, apud vos manens. Parāclitus autem Spiritus sanctus, quem mittet

Pater in nōmine meo, ille vos docēbit omnia, et suggeret vobis omnia, quæcūque dixerō vobis, pacem meam do vobis: non quōmodo mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor vestrum, neque formidet. Audistis quia ego dixi vobis: Vado, et venio ad vos. Si diligerētis me, gauderētis ūti que, quia vado ad Patrem; quia Pater major me est. Et nunc dixi vobis priusquam fiat: ut cum factum fuerit, credātis. Jam non multa loquar vobiscum. Venit enim princeps mundi hujus, et in me non habet quidquam. Sed ut cognoscat mundus, quia diligo Patrem, et sicut mandatū dedit mihi Pater, sic facio. **CREDO.** **O**ffertor. *Ps. 67.* Confirma hoc Deus, quod operātus es in nobis: a templo tuo, quod est in Jerūsalem, tibi offerent reges mūnera, allelūia.

Secreta. Mūnera, quæsumus Dōmine, oblata sanctifica: et corda nostra sancti Spiritus illustratione emūda. Per Dōminum, in unitate ejusdem Spiritus.

PRÆFATIO. *Qui accēdens, p. 248. Communicātes, et Hanc igitur, p. 249.*

Communio. *Act. 4.* Factus est repente de cælo sonus, tamquā adveniēns spiritus vehementis, ubi erant sedētes, allelūia: et replētī sunt omnes Spiritu sancto, loquētes magnālia Dei, allelūia, allelūia.

Postcommunio. Sancti Spiritus, Dñe, corda nostra dñe infūdo: et sui roris intima aspersiōne fecūdent. Per Dōminum, in unitate ejusdem Spiritus sancti Deus.

Infra Octav. Pentecostes non fit de aliquo Festo dupl. vel semid., sed Duplicitas que transferri possunt, post Octavam celebratur: de Duplici quod transferri nequeat, de Semiduplici et de Simplici Occurrente post triduum fit Commemoratio tantum.

Feria ii. post Pentecosten.

STATIO AD S. PETRUM AD VINCLA.

Introitus.

Ps. 80. **I**lavavit eos ex adipe frumētī, allelūia: et de petra melle saturavit eos, allelūia,

allelūia. *Psalm. ibid.* Exsultate Deo adiutori nostro: jubilate Deo Jacob. *V.* Glōria Patri. **O**ratio. Deus, qui Apōstolis tuis sanctum de-

disti Spiritum : concede plebi tuæ piæ petitionis effectum ; ut quibus dedisti fidem, largiaris et pacem. Per Dñm. in unitate ejusdem Spiritus sancti Deus.

LÉCT. Actuum Apost. 10. f.
In diebus illis : Apé-riens Petrus ossuum, dixit : Viri fratres : nobis præcepit Dñmus prædicare pópulo : et testificari, quia ipse est, qui constitutus est a Deo iudex vivorum, et mortuorum. Huic omnes Prophète testimónium pèrhíbent, remissionem peccatorum accipere per nomen ejus omnes, qui credunt in eum. Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit Spiritus sanctus super omnes, qui audiebant verbum. Et obstupuerunt ex circumcissione fideles, qui vénerant cum Petro : quia et in nationes grátia Spiritus sancti effusa est. Audiebant enim illos loquentes linguis, et magnificantes Deum. Tunc respondit Petrus : Numquid aquam quis prohibere potest, ut non baptizentur hi, qui Spiritum sanctum acceperunt sicut et nos ? Et jussit eos baptizari in nómine Dñi Jesu Christi.

Allelúia, allelúia. **V.**
Act. 2. Loquebantur vá-

riis linguis Apóstoli magna lingua Dei. Allelúia.

V. Veni sancte, et Sequentia ut in Dominica, p. 294.
Seq. sancti Evangelii secundum Joánnem. 3.

In illo tempore : Dixit Jesus Nicodemo : Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret : ut omnis, qui credit in eum, non péreat, sed habeat vitam æternam. Non enim misit Deus Filium suum in mundum, ut iudicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum. Qui credit in eum, non iudicatur : qui autem non credit, jam iudicatus est : quia non credit in nómine unigeniti Filii Dei. Hoc est autem iudicium : quia lux venit in mundum, et dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem : erant enim eorum mala opera. Omnis enim qui male agit, odit lucem, et non venit ad lucem, ut non arguantur opera ejus : qui autem facit veritatem, venit ad lucem, ut manifestentur opera ejus, quia in Deo sunt facta. **CREDO.**
Offertorium. Ps. 17. Intónuit de cælo Dñmus, et Altissimus dedit vocem suam : et apparuerunt fontes aquarum, allelúia.

Sæcra. Propitius, Dómine quesumus, hæc dona sanctifica : et hostiæ spiritalis oblatione suscepta, nosmetipsos tibi pèrfice munus æternum. Per Dñm.

Communio. Joann. 14.
 Spiritus sanctus docebit

vos, allelúia : quæcumque dixeró vobis, allelúia, allelúia.

Postcommunio. Adesto, quesumus Dómine, pópulo tuo : et quem mysteriis cælestibus imbusti, ab hostium furóre defénde. Per Dñm.

FERIA III. POST PENTECOSTEN.

STATIO AD S. ANASTASIAM.

Introitus. 4 Esdr. 2.



Gecipite iucunditatem glóriæ vestræ, allelúia : grátias agentes Deo, allelúia : qui vos ad cælestia regna vocávit, allelúia, allelúia, allelúia. **Ps. 77.** Atténdite pópule meus legem meam : inclináte aurem vestram in verba oris mei. **V. Glória.**

Oratio. Adsit nobis, quesumus Dómine, virtus Spiritus sancti : quæ et corda nostra cleménter expúrget, et ab ómnibus tueatur adversis. Per Dñm. in unitate ejusdem Spiritus sancti. **Léctio Actuum Apost. 8.**

In diebus illis : Cum audissent Apóstoli, qui erant Jerosólymis, quod recepisset Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum et Joánnem. Qui cum venissent, oraverunt pro ipsis ut acciperent Spiritum san-

ctum : nondum enim in quemquam illorum vénerat, sed baptizati tantum erant in nómine Dñi Jesu. Tunc imponébant manus super illos, et accipiebant Spiritum sanctum.

Allelúia, allelúia. **V. Joann. 14.** Spiritus sanctus docebit vos, quæcumque dixeró vobis. Allelúia.

V. Veni sancte, et Sequentia ut in Dominica, p. 294.

Seq. sancti Evangelii secundum Joánnem. 10.


In illo tempore : Dixit Jesus Pharisæis : Amen, amen dico vobis : qui non intrat per ostium in ovile óvium, sed ascéndit aliúnde, ille fur est, et latro. Qui autem intrat per ostium, pastor est óvium. Huic ostiarius áperit, et oves vocem ejus áudunt, et próprias oves vocat nominátim, et educit eas. Et cum próprias oves

emiserit, ante eas vadit : et oves illum sequuntur, quia sciunt vocem ejus. Alienum autem non sequuntur, sed fugiunt ab eo : quia non novērunt vocem alienōrum. Hoc provēbium dixit eis Jesus. Illi autem non cognōverunt quid loquerētur eis. Dixit ergo eis iterum Jesus : Amen, amen dico vobis, quia ego sum ostium ovium. Omnes quotquot venērunt, fures sunt, et latrones, et non audierunt eos oves. Ego sum ostium. Per me si quis introierit, salvabitur : et ingredietur, et egredietur, et pascua inveniet. Fur non venit nisi ut furetur, et macet, et perdat. Ego veni ut vi-

tam habeant, et abundantius habeant. Credo. Offertor. Ps. 77. Portas cæli aperuit Dñus : et pluit illis manna, ut ederent : panē cæli dedit eis, panem Angelōrum manducavit homo, allelūa. Secreta. Purificet nos, quæsumus Dñe, muneris præsentis oblatio : et dignos sacra participatione efficiat. Per Dñum. Comm. Joann. 15, 16, 17. Spiritus qui a Patre procedit, allelūa : ille me clarificabit, allelūa, allel. Postcommunio. Mentis nostras, quæsumus Dōmine, Spiritus sanctus divinis reparat sacramentis : quia ipse est remissio omnium peccatorum. Per Dōminum. in unitate ejusdem.

FERIA IV. QUATUOR TEMP. PENTEC.

STATIO AD S. MARIAM MAJOREM.

Introitus. Ps. 67.  Eus, dum egredieris coram populo tuo, iter faciens eis, habitans in illis, allelūa : terra mota est, cæli distillaverunt, allelūa, allelūa. Ps. 118. Exsurgat Deus, et dissipentur inimici ejus : et fugiant, qui oderunt eum, a facie ejus. V. Glória Patri.

Post Kyrie elison dicitur Oremus, et non dicitur Glóamus genua.

Oratio. Mentis postras, quæsumus Dōmine, Patrāclitus qui a te procedit, illuminet : et inducat in omnem, sicut tuus promisit Filius, veritatem : Qui tecum vivit et regnat in unitate ejusdem Spiritus sancti.

Lectio Actuum Apost. 2. In diebus illis : Stans Petrus cum undecim, levavit vocem suam, et locutus est eis : Viri Judæi, et qui habitatis

Jerusalem universi, hoc vobis notum sit, et auribus percipite verba mea. Non enim, sicut vos æstimatis, hi ebrii sunt, cum sit hora diēi tertia : sed hoc est, quod dictum est per prophetam Joel : Et erit in novissimis diebus (dicit Dōminus) effundam de Spiritu meo super omnem carnem, et prophetabunt filii vestri, et filiae vestrae, et juvenes vestri visiones videbunt, et seniores vestri somnia somnabunt. Et quidem super servos meos, et super ancillas meas in diebus illis effundam de Spiritu meo, et prophetabunt : et dabo prodigia in celo sursum, et signa in terra deorsum, sanguinem, et ignem, et vaporem fumi. Sol convertetur in tenebras, et luna in sanguinem, antequam veniat dies Dōmini magnus et manifestus. Et erit : omnis quicumque invocaverit nomen Dōmini, salvus erit. Allelūa. V. Ps. 32. Verbo Dōmini cæli firmati sunt : et spiritu oris ejus omnis virtus eorum.

Hic dicitur Glória in excelsis, et postea Dominus vobiscum.

Oratio. Præsta, quæsumus omnipotens et misericors Deus : ut Spi-

ritus sanctus adveniens, templum nos glóriæ suæ dignanter inhabitandum perficiat. Per Dōminum, in unitate ejusdem Spiritus sancti.

¶ Ab hac die usque ad Sabb. sequens inclusive, post Orationem diē dicitur : Oratio. Ecclesiæ tuæ, p. [58] vel pro Papa. Deus omnium fideium. ibid.

Occurrente Festo simplici aut reducendo ad instar Simplicis, omittitur Oratio Ecclesiæ tuæ, vel pro Papa.

Lect. Actuum Apost. 5.

In diebus illis : Per manus autem Apostolorum fiebant signa, et prodigia multa in plebe. Et erant unanimiter omnes in porticu Salomonis. Ceterorum autem nemo audebat se conjungere illis : sed magnificabat eos populus. Magis autem augebatur credentium in Dōmino multitudo virorum, ac mulierum, ita ut in plateis ejicerent infirmos, et ponerent in lectulis ac grabatis, ut veniente Petro, saltem umbra illius obumbraret quemquam illorum, et liberarentur ab infirmitatibus suis. Concurrēbat autem et multitudo vicinārum civitatum Jerusalem, afferentes ægros, et vexatos a spiritibus immundis : qui curabantur omnes. Allelūa, allelūa.

*V. Veni sancte, et Sequen-
tia ut supra in Dnica, p. 294.*

Seq. sancti Evangelii se-
cundum Joannem. 6. e.

In illo tempore: Dixit
Jesus turbis Ju-
dæorum: Nemo potest
venire ad me, nisi Pa-
ter, qui misit me, traxe-
rit eum: et ego resusci-
tábo eum in novissimo
die. Est scriptum in Pro-
phétis: Et erunt omnes
docibiles Dei. Omnis,
qui audivit a Patre, et
didicit, venit ad me. Non
quia Patrem vidit quis-
quam, nisi is, qui est a
Deo, hic vidit Patrem.

Amen, amen dico vobis:
qui credit in me, habet
vitam æternam. Ego
sum panis vitæ. Patres
vestri manducaverunt
manna in deserto, et
mórtui sunt. Hic est pa-
nis de cælo descéndens:
ut si quis ex ipso man-
ducáverit, non moriatur.
Ego sum panis vivus,
qui de cælo descendi.
Si quis manducáverit ex

hoc pane, vivet in æter-
num: et panis, quem
ego dabo, caro mea est
pro mundi vita. CREDO.

Offertorium. Ps. 118.
Meditábor in mandátis
tuis, quæ dilexi valde,
et levábo manus meas
ad mandáta tua, quæ
dilexi, allelúia.

Secreta. Accipe, quæsu-
mus Dñe, munus oblá-
tum: et dignánte opere-
râre, ut quod mystériis
ágimus, piis effectibus
celebrémus. Per Dñum.

*Alia Secreta, Prælege, vel
Oblatis, p. [59].*

Communio. Joann. 14.
Pacem relinquo vobis,
allelúia: pacem meam
do vobis, allelúia, allel.
Postcommunio. Quémén-
tes, Dómine, cælestia
sacraménta, quæsumus
cleméntiam tuam: ut
quod temporaliter géri-
mus, æternis gáudiis con-
sequámur. Per Dñum.

*Alia Postcommunio. Quæ-
sumus Dómine, vel Hæc
nos, p. [59].*

Feria v. post Pentecosten.

STATIO AD S. LAURENTIUM EXTRA MUROS.

Omnia ut supra in Domini-
ca, pp. 293, et sqq. præter
Epist. et Evangel. — Alia
Oratio, Secr. et Postcomm.
ut Feria iv.

Lectio Actuum Apost. 8.
In diébus illis: Phi-
lippus descéndens in
civitátem Samariæ, præ-

dicábat illis Christum.
Intendébant autem tur-
bæ his quæ a Philippo
dicebantur, unanimiter
audientes, et vidéntes
signa quæ faciábat. Mul-
ti enim eórum, qui habé-
bant spiritus immúdos,

clamántes voce magna,
exibant. Multi autem
paralytici, et claudi cu-
rati sunt. Factum est
ergo gáudium magnum
in illa civitaté.

Seq. sancti Evangelii se-
cundum Lucam. 9.

In illo tempore: Con-
vocátis Jesus duódecim
Apóstolis, dedit illis
virtútem, et potestátem
super omnia demónia, et
ut languóres curárent.
Et misit illos prædicáre
regnum Dei, et sanáre
infirmos. Et ait ad illos:

Nihil tuléritis in via, ne-
que virgam, neque pe-
ram, neque panem, ne-
que pecuniá, neque duas
tunicas habéatis. Et in
quacúmque domum
intráveritis, ibi manéte,
et inde ne exeatís. Et
quicúmque non recepé-
rit vos: exéuntes de
civitáte illa, étiam pul-
verem pedum vestrórum
excúte in testimónium
supra illos. Egréssi au-
tem circúibant per ca-
stélla, evangelizántes, et
curántes ubique.

Feria vi. Quatuor Temp. Pentec.

STATIO AD SS. DUODECIM APOSTOLOS.

Introitus. Ps. 70.

Epleátur os
meum laude
tua, allelúia:
ut possim can-
táre, allelúia: gaudé-
bunt lábia mea, dum
cantávero tibi, allelúia,
allelúia. *Ps. ibid.* In te
Dñe sperávi, non con-
fúndar in ætérnum: in
justitia tua libera me, et
éripe me. *V. Glória.*

Oratio. Da, quæsu-
mus, Ecclesiæ tuæ, mi-
séricors Deus: ut sancto
Spiritu congregáta, ho-
stili nullátenu incur-
sione turbétur, Per Dó-
minum, in unitáte ejús-
dem Spiritus sancti.

*Secunda Oratio. Ecclesiá,
vel pro Papa, p. [58].*

Lectio Joëlis Proph. 2. e.

Hæc dicit Dóminus
Deus: Exsultáte
filii Sion, et lætámini in
Dómino Deo vestro:
quia dedit vobis doctó-
rem justitiæ, et descén-
dente faciet ad vos im-
brem matutinum et se-
rótinum, sicut in princi-
pio. Et implebúntur
aræ fruménto, et redun-
dábunt torcularia vino
et oleo. Et comedétis
vescéntes, et saturabi-
mini: et laudábitis no-
men Dñi Patris vestri, qui
fecit mirabilia vobiscú:
et non confúsus est póp-
ulus meus, et sempitér-
num. Et sciétis quia in
médio Israel ego sum: et
ego Dñus Deus vester,

302 FERIA VI. QUATUOR TEMPOR. PENTEC.

et non est amplius : et non confundetur populus meus in aeternum : ait Dominus omnipotens.

Allelúia, allelúia. *V. Sap. 12.* O quam bonus et suavis est, Domine, Spiritus tuus in nobis! Allelúia.

V. Veni sancte, et Sequentia, ut supra in Dominica, p. 294.

Seq. sancti Evangelii secundum Lucam. 5. c.

In illo tempore : Factum est in una die, et Jesus sedebat docens. Et erant Pharisei sedentes, et legis doctores, qui venerant ex omni castello Galilaeae, et Judaeae, et Jerusalem : et virtus Domini erat ad sanandum eos. Et ecce viri portantes in lecto hominem, qui erat paralyticus : et quaerebant eum inferre, et ponere ante eum. Et non inveniētes qua parte illum inferrent praeter turba, ascenderunt supra tectum, et per tegulas summiserunt eum cum lecto in medium ante Jesum. Quorum fidem ut vidit, dixit : Homo, remittuntur tibi peccata tua. Et coeperunt cogitare Scribae et Pharisei, dicentes : Quis est hic, qui loquitur blasphemias? Quis potest dimittere peccata,

nisi solus Deus? Ut cognovit autem Jesus cogitationes eorum, respondens dixit ad illos : Quid cogitatis in cordibus vestris? Quid est facilius dicere : Dimittuntur tibi peccata; an dicere : Surge, et ambula? Ut autem sciatis quia Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, (ait paralytico) : Tibi dico, surge, tolle lectum tuum, et vade in domum tuam. Et confestim consurgens coram illis, tulit lectum, in quo jacebat : et abiit in domum suam, magnificans Deum. Et stupor apprehendit omnes, et magnificabant Deum. Et repleti sunt timore, dicentes : Quia vidimus mirabilia hodie.

CREDO.

Offertorium. *Ps. 145.* Lauda anima mea Dominum : laudabo Dominum in vita mea : psallam Deo meo quamdiu ero, allelúia.

Secreta. Sacrificia, Domine, tuis oblata conspectibus, ignis ille divinus absumat, qui discipulorum Christi Filii tui per Spiritum sanctum corda succendit. Per eundem Dominum, in unitate ejusdem Spiritus sancti Deus.

Aha Secreta. *Protege nos, vel Oblatus, p. 159.*

Sabbato Quatuor Tempor. Pentec. 303

Communio. *Joann. 14.* Non vos relinquam orphanos : veniam ad vos iterum, allelúia : et gaudēbit cor vestrum, allelúia.

Postcommunio. Sumpsimus, Domine, sacri donamysterii, humiliter de-

precantes : ut quae in tui commemoratōnem nos facere praecipisti, in nostrae proficiant infirmitatis auxilium : Qui vivis et regnas.

Altera Postcommunio. *Quaesumus Domine, vel Haec nos, p. 159.*

Sabbato Quatuor Temp. Pentec.

STATIO AD S. PETRUM.

Introitus.

Aritas Dei diffusa est in cordibus nostris, allelúia : per inhabitantem Spiritum ejus in nobis, allelúia, allelúia. *Ps. 102.* Benedic anima mea Domino : et omnia quae intra me sunt, nomen sancto ejus. *V. Glória Patri.*

Post *Kyrie elison* dicitur *Orémus* tantum, sine *Flectamus genua*, et similiter ad Orationes sequentes.

Oratio. Mētibz nostris, quaesumus Domine, Spiritum sanctum benignus infunde : cuius et sapientia conditi sumus, et providentia gubernamur. Per Dominum nostrum, in unitate ejusdem.

Lect. Joelis Prophēt. 2. f.

Hec dicit Dominus Deus : Effundam spiritum meum super omnem carnem : et prophetabunt filii vestri, et

filiae vestrae : senes vestri somnia somniant, et juvenes vestri visiones videbunt. Sed et super servos meos, et ancillas in diebus illis effundam spiritum meum. Et dabo prodigia in caelo, et in terra, sanguinem, et ignem, et vaporem fumi. Sol convertetur in tenebras, et luna in sanguinem : antequam veniat dies Domini magnus, et horribilis. Et erit : Omnis qui invocaverit nomen Domini, salvus erit.

Allelúia. *V. Joann. 6.* Spiritus est qui vivificat : caro autem non prodest quidquam.

Orémus.

Oratio. Illo nos igne, quaesumus Domine, Spiritus sanctus inflammet : quem Dominus noster Jesus Christus misit in terram, et voluit vehementer accendi : Qui tecum, in unitate ejusdem.

Lectio libri Levitici. 27. b.

In diebus illis : Locutus est Dominus ad Moysen, dicens : Loquere filiis Israel, et dices ad eos : Cum ingressi fueritis terram, quam ego dabo vobis, et messueritis segetem, feretis manipulos spicarum, primitias messis vestrae ad sacerdotem : qui elevari fasciculum coram Domino, ut acceptabile sit pro vobis, altero die sabbati, et sanctificabit illum. Numerabitis ergo ab altero die sabbati, in quo obtulistis manipulum primitiarum, septem hebdomadas plenas, usque ad alteram diem expletionis hebdomadae septima; id est, quinquaginta dies; et sic offeretis sacrificium novum Domino ex omnibus habitaculis vestris, panes primitiarum duos de duabus decimis similae fermentatae, quos coquetis in primitiis Domini. Et vocabitis hunc diem celeberrimum, atque sanctissimum : omne opus servile non facietis in eo. Legitimum semper erit in cunctis habitaculis, et generationibus vestris : dicit Dominus omnipotens.

Alleluia. *Ps. Job. 26.*
Spiritus ejus ornavit caelos.

Orémus. **Oratio.**

Deus, qui ad animarum medellam, jejuniis devotione castigari corpora praecipisti : concede nobis propitius; et mente, et corpore tibi semper esse devotos. Per Dominum.

Lect. libri Deuteronom. 26.

In diebus illis : Dixit Dominus filiis Israel : Audisrael quae ego praecipio tibi hodie. Cum intraveris terram, quam Dominus Deus tuus tibi daturus est possidendam, et obtinueris eam, atque habitaveris in ea : tolles de cunctis frugibus tuis primitias, et pones in cartallo, pergesque ad locum, quem Dominus Deus tuus elegerit, ut ibi invocetur nomen ejus : accedesque ad sacerdotem, qui fuerit in diebus illis, et dices ad eum : Profiteor hodie coram Domino Deo tuo, qui exaudivit nos, et respexit humilitatem nostram, et laborem, atque angustiam : et eduxit nos de Aegypto in manu forti, et brachio extenso, in ingenti pavore, in signis atque portentis : et introduxit ad locum istum, et tradidit nobis terram lacte et melle manantem. Et idcirco nunc offero primitias frugum terrae, quam Dominus dedit mihi.

Et dimittes eas in conspectu Domini Dei tui, et adorato Domino Deo tuo. Et epulaberis in omnibus bonis, quae Dominus Deus tuus dederit tibi.

Alleluia. *Ps. A7. 2.*

Cum complerentur dies Pentecostes, erant omnes pariter sedentes.

Oratio. Orémus.

Praesta, quaesumus omnipotens Deus : ut salutaribus jejuniis eruditi, ab omnibus etiam vitis abstinentes, propitiationem tuam facilius impetremus. Per Dominum.

Lectio libri Levitici. 26.

In diebus illis : Dixit Dominus ad Moysen : Loquere filiis Israel, et dices ad eos : Si in praecipis meis ambulaveritis, et mandata mea custodieritis, et feceritis ea, dabo vobis pluvias temporibus suis, et terra gignet germen suum, et pomis arbores replebuntur. Apprehendent messium tritura vindemiam, et vindemia occupabit sementem : et comedetis panem vestrum in saturitate, et absque pavore habitabitis in terra vestra. Dabo pacem in finibus vestris : dormietis, et non erit qui exterreat. Auferam malas bestias, et gladius

non transibit terminos vestros. Persequimini inimicos vestros, et currete coram vobis. Persequuntur quinque de vestris centum alienos, et centum de vobis decem milia : cadent inimici vestri gladio in conspectu vestro. Respiciam vos, et crescere faciam : multiplicabimini, et firmabo pactum meum vobiscum. Comedetis vetustissima veterum, et vetera novis superveniens projicietis. Ponam tabernaculum meum in medio vestri, et non abjiciet vos anima mea. Ambulabo inter vos, et ero Deus vester, vosque eritis populus meus : dicit Dominus omnipotens.

Alleluia. (*Hic genuflectitur.*) *Ps. Veni sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium : et tui amoris in eis ignem accende.*

Orémus. **Oratio.**

Praesta, quaesumus omnipotens Deus : sic nos ab epulis carnalibus abstinere; ut a vitis irruentibus pariter jejunemus. Per Dominum.

Lectio v. *Angelus Domini descendit.* ut in Sabbato IV. Temp. Adv. p. 12.

Alleluia. *Ps. 116.* Benedictus es, Domine Deus patrum nostrorum, et laudabilis in saecula.

Finito Versu dicitur *Gloria in excelsis*. Deinde

V. Dñus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oratio. Oremus.

Deus, qui tribus pœnis mitigasti flammam ignem: concede propitius; ut nos famulos tuos non exurat flammam vitiorum. Per Dñum.

Secunda Oratio. *Ecclesia*, vel pro Papa, p. 158.

Lect. Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Romanos. 5.

Fratre: Justificati ex fide, pacem habemus ad Deum per Dñum nostrum Jesum Christum: per quem et habemus accessum per fidem in gratiam istam, in qua stamus, et gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei. Non solum autem, sed et gloriamur in tribulationibus: scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem, spes autem non confundit: quia caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.

Tractus. *Ps. 116.* Laudate Dñum omnes gentes: et collaudate eum omnes pœpuli. **V.** Quoniam confirmata est super nos misericordia

ejus: et veritas Dñi manet in ætèrnum.

SEQUENTIA. *Veni sancte Spiritus*, ut supra in Dominica, p. 294; sed in fine non dicitur *Alleluia*.

EVANGELIUM. *Surgens Jesus de synagoga*, ut in Feria v. post Domin. III. Quadrag. p. 107.

Offertorium. *Ps. 37.* Domine Deus salutis meæ, in die clamavi et nocte coram te: intret oratio mea in conspectu tuo Domine, alleluia.

Secreta. Ut accepta tibi sint, Domine, nostra jejunia: præsta nobis, quæsumus; hujus muneris sacramenti purificationem tibi pectus offerre. Per Dñum.

Altera **Secreta.** *Præte nos*, vel *Oblatis*, p. 159.

Communio. *Joann. 3.* Spiritus ubi vult spirat: et vocem ejus audis, alleluia, alleluia: sed necis unde veniat, aut quo vadat, alleluia, alleluia, alleluia.

Postcommunio. Præbeant nobis, Domine, divinum tua sancta fervorem: quo eorum pariter et actu delectemur, et fructu. Per Dñum nostrum.

Altera **Postcomm.** *Quæsumus Domine*, vel *Hæ nos*, p. 159.

¶ Post Missam expirat tempus Paschale.



In festo S.S. Trinitatis.

Introitus. *Tobie 12.*

Denedicta sit sancta Trinitas, atque indivisa unitas: con-

fitèbimur ei, quia fecit nobiscum misericordiam suam. *Ps.* Dñe Dñus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra! **V.** Gloria Patri.

Oratio. Omnipotens sempiternè Deus, qui dedisti famulis tuis in confessione veræ fidei, æternæ Trinitatis gloriam agnoscere, et in potentia majestatis adorare unitatem: quæsumus; ut ejusdem fidei firmitate, ab omnibus semper muniamur adversis. Per Dñum nostrum.

Deinde fit **Comm.** de Dominica I. post Pentecosten.

Oratio. *Deus in te sperantium*, p. 308.

Lect. Epistolæ B. Pauli Apost. ad Romanos. 11. d.

O altitudo divitiarum sapientiæ, et scientiæ Dei: quam incomprehensibilia sunt judicia ejus, et investigabiles viæ ejus! Quis enim cognovit sensum Dñi? Aut quis consiliarius ejus fuit? Aut quis prior dedit illi, et retribuitur ei? Quoniam et ipso sunt omnia: ipsi gloria in sæcula. Amen.

Graduale. *Dan. 3.* Benedictus es, Domine, qui intueris abyssos, et sedes super Chèrubim. **V.** Benedictus es, Dñe, in firmamento caeli, et laudabilis in sæcula. Alleluia, alleluia. **V.** Benedictus es, Dñe Deus patrum nostrorum: et laudabilis in sæcula. Alle-

Seq. sancti Evangelii secundum Matthæum. 28. d.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Data est mihi omnis po-